

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ociositas b
cum fonte primo

Nichil in sancto proposito ocio deterius
est quod non solum modo non acquirit
noua, sed eciam parata
consumit. Sancte uite ratio
processu gaudet et crescit,
cessatione torpescit et deficit.
Cotidianis ac recentibus uirtutum
incrementis instauranda mens est,
et uiuendi hoc iter non de
transacto, sed de reliquo meciendum.

Ieronymus ad Demetriadem.

Nihil enim in hoc proposito otio deterius
est: quod non solummodo non acquirit
nova: sed etiam parata [Al. parata]
consumit. Sanctae vitae ratio
processu gaudet et crescit:
cessatione torpescit, et deficit.
Quotidianis ac recentibus uirtutum
incrementis mens instauranda est:
et vivendi nobis hoc iter, non de
transacto, sed de reliquo metiendum.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 27
(PL 30, col.42B).